

videtur. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa; Joannes vero in privilegio amoris, quo à Christo diligebatur propter suam virginitatem, & iterum propter prerogativam evangelicæ doctrinæ; Jacobus autem propter prerogativam martyrii. Et tamen hos ipsos noluit hoc quod viderant, aliis annuntiare ante resurrectionem, ne, ut Hieronymus dicit (sup. illud Matth. xvii. *Nemini dixeritis Sec.*) & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret: Vel etiam ne retaliter impediretur à populo. (hoc habet Remig. in Cat. D. Th.) & ut cum essent Spiritu Sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent. (Hoc habet Hilari. loc sup. cit.)

ARTICULUS IV. 245

Utrum convenienter auditum fuerit testimonium paternæ vocis in transfiguratione.

In Cat. aur. Matth. xvii. lect. 2. Marc. ix. lect. 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter auditum fuerit testimonium paternæ vocis (Matth. xvii. 5.) dicens: *Hic est filius meus dilectus*. Quia, ut dicitur Job xxxiii. *semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit*. Sed in baptismo hoc ipsa paterna vox fuerat protestata. Non ergo fuit convenienter quod hoc iterum protestaretur in transfiguratione.

2. Præterea. In baptismo simul cum voce paterna affuit Spiritus Sanctus in specie columbæ: quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo convenienter videtur fuisse Patris protestatio.

3. Præterea. Christus docere incepit post baptismum; & tamen in baptismo vox Patris ad eum audiendum homines non induxerat. Ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

4. Præterea. Non debent aliquibus dici ea quæ ferre non possunt, secundum illud Joan. xvi. 12. *Alibus habeo vobis multa dicere, quæ non potestis portare modo*. Sed discipuli vocem Patris ferre non poterant: dicitur enim Matth. xvii. 6. quod *audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde*. Ergo non debuit vox paterna ad eos fieri.

In contrarium est auctoritas evangelicæ Scripturæ (Matth. xvii. & Matc. ix.)

Respondeo dicendum, quod adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter: primo quidem fit per gratiam viæ, quæ est conformitas imperfecta; se-

cundo per gloriam patriæ, quæ erit conformitas perfecta, secundum illud I. Joan. 1. 2. *Nunc filii Dei sumus, & nonnumquam apparet quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam vidimus eum sicuti est*. Quia igitur gratiam per baptismum consequimur, in transfiguratione autem præmonstrata est claritas futuræ gloriæ, ideo tam in baptismo, quam in transfiguratione conveniens fuerit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio Patris; quia solus est perfectæ consocius illius perfectæ generationis simul cum Filio, & Spiritu Sancto.

Ad primum ergo dicendum, quod illud verbum referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus Pater Verbum unicum protulit, sibi coæternum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali voce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendendum diversum modum quo homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ.

Ad secundum dicendum, quod sicut in baptismo, ubi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis, ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc quod fuit ibi Filius incarnatus; apparuit Spiritus Sanctus in specie columbæ, & Pater fuit ibi declaratus in voce; ita etiam in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spiritus Sanctus in nube clara: quia sicut in baptismo dat innocentiam, quæ per simplicitatem columbæ designatur; ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriæ, & refrigerium ab omni malo, quæ designantur in nube lucida.

Ad tertium dicendum, quod Christus venerat gratiam actualiter dare, gloriam vero promittere verbo. Et ideo convenienter in transfiguratione inducuntur homines in ipsum audiant, non autem in baptismo.

Ad quartum dicendum, quod convenienter fuit discipulos voce paterna terreri, & profertur, ut ostenderetur quod excellentia illius gloriæ quæ tunc demonstrabatur, excedit omnem sensum, & facultatem mortalium, secundum illud Exodi xxxiii. 20. *Non videbit me homo, & vivet*. Et hoc est quod Hieronymus dicit super Matth. (sup. illud cap. xvii. *Audientes discipuli ceciderunt &c.*) quod *humana fragilitas conspectum majoris gloriæ ferre non sustinet*. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendos quod significatur per hoc quod dixit eis: *Surgite, nolite timere*.

QUÆSTIO XLVI.

De passione Christi,

in duodecim articulis divisa.

Consequenter considerandum est de his quæ pertinent ad exitum Christi de mundo, & primo de passione ejus; secundo de morte; tertio de sepultura; quarto de descensu ad inferos.

Circa passionem occurrit triplex consideratio. Prima de ipsa passione; secunda de causa efficiente passionis; tertia de fructu passionis.

Circa primum quaruntur duodecim.

Primo, utrum necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum.

Secundo, utrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ.

Tertio, utrum ille modus fuerit convenientior.

Quarto, utrum fuerit convenientis quod in cruce pateretur.

Quinto, de generalitate passionis ejus.

Sexto, utrum dolor quem in passione sustinuit, fuerit maximus.

Septimo, utrum tota anima ejus pateretur.

Octavo, utrum passio ejus impediverit gaudium fructuosis.

Nono, de tempore passionis.

Decimo, de loco.

Undecimo, utrum convenientis fuerit ipsum cum latronibus crucifigi.

Duodecimo, utrum passio ipsius Christi sit divinitati attribuenda.

ARTICULUS I.

Utrum fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.

III. dist. xx. art. 1. quæst. 3. & art. 4. quæst. 1. & opusc. 111. cap. vii.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit necessarium Christum pati pro humani generis liberatione. Humanum enim genus liberari non poterat nisi à Deo, secundum illud Isa. xlv. 21. *Numquid non ego Dominus, & non est altera Deus absque me? Deus justus, & salvans non est præter me*. In Deum autem non cadit aliqua necessitas, quia hoc repugnaret omnipotentiae ipsius. Ergo non fuit necessarium Christum pati.

2. Præterea. Necessarium voluntario opponitur. Sed Christus propria voluntate est

(a) Ita cum mss. passim editi antiqui, & Nicolajus, Cod. Alcan. nisi tali sine consuppósito. Al.

passus: dicitur enim Isa. lxxxvii. 7. *Oblatus est, quia ipse voluit*. Non ergo necessarium fuit eum pati.

3. Præterea. Sicut in Psal. xxiv. 10. dicitur, *universæ terræ Domini misericordia, & veritas*. Sed non videtur necessarium quod pateretur ex parte misericordiae divine, quæ sicut gratis dona tribuit, ita videtur quod gratis debita relaxet absque satisfactione: neque etiam ex parte divine justitiæ, secundum quam homo æternam damnationem meruerat. Ergo videtur non fuisse necessarium quod Christus pro liberatione hominum pateretur.

4. Præterea. Angelica natura est excellentior quam humana, ut patet per Dionysium iv. cap. de div. Nom. (à princ. lect. 1.) Sed pro reparatione angelicæ naturæ, quæ peccaverat, Christus non est passus. Ergo videtur quod nec etiam fuerit necessarium eum pati pro salute humani generis.

Sed contra est quod dicitur Joan. 1. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, sic oportet exaltari Filium hominis; ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*: quod quidem de exaltatione in cruce intelligitur. Ergo videtur quod Christum oportuerit pati.

Respondeo dicendum, quod, sicut Philosophus docet in V. Metaph. (text. 6.) necessarium multipliciter dicitur. Uno quidem modo quod secundum sui naturam impossibile est aliter se habere; & sic manifestum est quod non fuit necessarium Christum pati neque ex parte Dei, neque ex parte hominis. Alio modo dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori: quod quidem si sit causa efficiens, vel movens, facit necessitatem coactionis; utpote cum aliquis non potest ire propter violentiam detinentis ipsum: si vero illud exterius quod necessitatem inducit, sit finis, dicitur aliquid necessarium ex suppositione finis, quando scilicet finis aliquis aut nullo modo potest esse, aut non potest esse convenienter (a) nisi tali sine præsupposito. Non ergo fuit necessarium Christum pati necessitate coactionis neque ex parte Dei, qui Christum definitum pati neque etiam ex parte ipsius Christi, qui voluntarie passus est. Fuit autem necessarium necessitate finis: qui quidem potest tripliciter intelligi. Primo quidem ex parte nostræ, qui per ejus passionem liberati sumus, secundum illud Joan. 1. 14. *Operis exaltari filium hominis; ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Secundo ex parte ipsius Christi, qui per humilitatem passionis meruit gloriam exaltationis: & ad hoc pertinet quod dicitur Lucæ ult. 26. *Nonne oportuit*

supra dictum est (art. 3. hujus quæstionis). Sed Christus venit liberare homines ab omni genere peccatorum. Ergo debuit pati vane genus passionum.

Sed contra est quod dicitur Joan. xix. 32. quod milites primi quidem frægerunt cruce, & alterius, qui crucifixus est cum eo; ad Jesum autem cum venissent non frægerunt ejus cruce. Non ergo passus est omnem humanam passionem.

Respondetur dicendum, quod passiones humane possunt considerari dupliciter. Uno modo quantum ad speciem; & sic non oportuit Christum pati omnem passionem; quia multarum passionum species sibi invicem contrariantur sicut combustio in igne, & submersio in aqua: loquimur enim nunc de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco causatas, sicut fuit cæcitas corporales, non desunt cum pati, ut supra dictum est (quæst. xiv. art. 4.). Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam. Quod quidem potest considerari tripliciter. Uno modo ex parte hominum, à quibus passus est. Passus est enim aliqui & à Gentilibus, & à Judæis, & à masculis, & à feminis, ut patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & à principibus, & à ministris eorum; & à popularibus, secundum illud Psal. 112. 3. *Quare semerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Absterunt Reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.* Passus est etiam à familiaribus & notis; sicut patet de Juda cum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo patet idem ex parte eorum in quibus homo potest pati. Passus est enim Christus in suis amicis eum defertibus; in famis per blasphemias contra eum prolatas; in honore, & gloria per irisiones, & contumelias ei illatas; in rebus per hoc quod etiam vestibus spoliatus est; in anima per utilitatem, tadium, & timorem; in corpore per vulnera, & flagella. Tertio potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite pungentium spinarum coronam, in manibus, & pedibus fixationem clavorum, in facie alapas, & sputa, & in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum: secundum tactum quidem, flagellatus, & clavis confixus; secundum gustum, felle, & aceto potatus; secundum olfactum, in loco fetido cadaverum mortuorum, qui dicitur calvarie appensus turbulo, secundum auditum, læsensus vocibus blasphemantium, & iridentium; secundum visum, videns matrem, & discipulum quem diligebat, fientes.

Ad primum ergo dicendum, quod verbum illud Hilarii est intelligendum quantum ad omnia genera passionum, non autem quantum ad omnes species.

Ad secundum dicendum, quod verbum illud Hilarii est intelligendum quantum ad omnia genera passionum, non autem quantum ad omnes species.

Ad secundum dicendum, quod similitudo ibi attenditur, non quantum ad numerum passionum, & gratiarum, sed quantum ad magnitudinem utriusque; quia sicut sublimatus est in donis gratiarum super alios; ita dejectus est infra alios per ignominiam passionum.

Ad tertium dicendum, quod secundum sufficientiam una minima passio Christi sufficeret ad redimendum genus humanum ab omnibus peccatis; sed secundum convenientiam sufficiens fuit quod pateretur omnia genera passionum, sicut jam dictum est (in cor. ar.).

ARTICULUS VI. 251

Utrum dolor passionis Christi fuerit major omnibus doloribus.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod dolor passionis Christi non fuerit major omnibus aliis doloribus. Dolor enim patientis augetur secundum gravitatem, & diuturnitatem passionis. Sed quidam Martyres graviores passiones, & diuturniores sustinuerunt quam Christus; sicut patet de Laurentio, qui est affatus in craticula; & de Vincentio, cujus carnes sunt unguis ferreis laceratae. Ergo videtur quod dolor Christi patientis non fuerit maximus.

2. Præterea. Virtus mentis est mitigativa doloris, in tantum quod Stoici posuerunt, tristitiam in animum sapientis non cadere; & Aristot. posuit (Lib. II. Ethic. cap. 11. vi. 11. & 12.) quod virtus moralis medium tenet in passionibus. Sed in Christo fuit perfectissima virtus mentis. Ergo videtur quod in Christo non fuerit maximus dolor.

3. Præterea. Quanto aliquod patiens est magis sensibile, tanto major sequitur dolor passionis. Sed anima est sensibilior quam corpus, cum corpus sentiat ex anima: Adam etiam in statu innocentie videtur corpus sensibilior habuisse quam Christus, qui assumpsit corpus humanum cum naturalibus defectibus. Ergo videtur quod dolor anime patientis in purgatorio, vel in inferno, vel etiam dolor Adey si passus fuisset, major fuisset quam dolor passionis Christi.

4. Præterea. Majoris boni amissio causat majorem dolorem. Sed peccator peccando amittit majus bonum quam Christus patiendo; quia vita gratie est melior quam vita nature: Christus etiam, qui amisit vitam post triduum resurrecturus, minus aliquid amisisse videtur quam illi qui amittunt vitam permansuri in morte. Ergo videtur quod dolor Christi non fuerit maximus dolorum.

5. Præterea. Innocentia patientis diminuit dolorem passionis. Sed Christus innocenter est pas-

passus, secundum illud Hierem. xi. 19. *Ego autem quasi agnus mansuetus, qui porta ut ad villam.* Ergo videtur quod dolor passionis Christi non fuerit maximus.

6. Præterea. In his quæ Christi sunt, nihil fuit superfluum. Sed minimus dolor Christi sufficeret ad finem salutis humane; habuisset enim infinitam virtutem ex persona divina. Ergo superfluum fuisset assumere maximum dolorem.

Sed contra est quod Thren. 1. 12. dicitur ex persona Christi: *Attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.*

Respondetur dicendum, quod, sicut supra dictum est, cum de defectibus assumptis à Christo ageretur, (quæst. xv. art. 5. & 6.) in Christo patiente fuit verus dolor, & sensibilis, qui causatur ex corporali nocivo, & dolor interior, qui causatur ex apprehensione alicujus nocimenti, qui tristitia dicitur.

Uterque autem dolor in Christo fuit maximus inter dolores presentis vite. Quod quidem contingit propter quatuor.

Primo quidem propter causas doloris. Nam doloris sensibilis causa fuit læsio corporalis; quæ acerbiter habuit, tum propter generalitatem passionis, de qua dictum est (art. præc. & quæst. xv.) tum etiam ex genere passionis: quia mors confixorum in cruce est acerbissima, quia configuntur in locis nervosis, & maxime sensibilibus, scilicet in manibus, & pedibus; & ipsum pondus corporis pendens continue auget dolorem; & cum hoc etiam est doloris diuturnitas, quia non statim moriuntur, sicut hi qui gladio interficiuntur. Doloris autem interioris causa fuit, primo quidem omnia peccata humani generis, pro quibus satisfaciebat patiendo, unde ea quasi sibi adscribit, dicens in Psal. cxi. 2. *Verba delictorum meorum:* secundo specialiter casus Judæorum, & aliorum in eius morte delinquentium, & præcipue discipulorum, qui scandalum passus fuit in Christi passione: tertio etiam amissio vite corporalis, quæ naturaliter est horribilis humane nature.

Secundo potest magnitudo doloris ejus considerari ex perceptibilitate patientis secundum animam, & secundum corpus. Nam & secundum corpus erat optime complexionatus, cum corpus ejus fuerit formatum miraculose operatione Spiritus Sancti; sicut & alia quæ per miracula facta sunt, fuerunt aliis potiora, ut Chrysostomus dicit (hom. xxi. in Joan. 2. med.) de vino, in quod Christus aquam convertit in nuptiis; & ideo in eo maxime viguit sensus tactus ex cuius perceptione sequitur dolor. Anima etiam secundum vires interiores efficacissime apprehendit omnes causas tristitiae.

Tertio magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris, & tristitiae puritate. Nam in aliis patientibus mitigatur

tristitia interior, & etiam dolor exterior ex aliqua consideratione rationis, per quamdam derivationem, seu redundantiã à superioribus viribus ad inferiores: quod in Christo patiente non fuit: quia *unicuique virium permisit agere quod est sibi proprium*, sicut Damascenus dicit (Lib. III. orth. Fid. cap. xv. 4. med.)

Quarto potest considerari magnitudo doloris Christi patientis ex hoc quod passio illa, & dolor à Christo fuerunt assumpta voluntarie, propter finem liberationis hominum à peccato: & ideo tantam quietitatem doloris assumpsit, quæ esset proportionata magnitudini fructus qui inde sequebatur.

Ex his igitur omnibus causis simul consideratis manifeste apparet quod dolor Christi fuerit maximus.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit ex uno tantum prædiorum, scilicet ex læsione corporali, quæ est causa sensibilis doloris; sed ex aliis causis multo magis dolor Christi patientis augetur, ut dictum est (in cor. ar.).

Ad secundum dicendum, quod virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiore, & aliter exteriorem dolorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directe, in ea medium constituendo, sicut in propria materia. Medium autem in passionibus virtus moralis constituit, ut in secunda parte habitum est (1. 2. quæst. lxxiv. ar. 1. & 2.) non secundum quantitatem rei, sed secundum quantitatem proportionis, ut scilicet passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quod nulla tristitia esset ad aliquod utile, ideo credebant quod totaliter à ratione discordaret, & per consequens quod totaliter esset sapientia vitanda. Sed secundum rei veritatem tristitia aliqua laudabilis est, ut Augustinus probat in XIV. de civit. Dei (cap. 12. cir. med.) quando scilicet procedit ex sancto amore; utpote cum aliquis tristatur de peccatis propriis, vel alienis. Assumitur etiam ut utilis ad finem satisfactionis pro peccato, secundum illud Apost. II. ad Cor. vi. 12. *Quæ secundum Deum est tristitia, poenitentiam in se habentem stabilem operatur.* Et ideo Christus, ut satisficeret pro peccatis omnium hominum; assumpsit tristitiam, maximam quidem quantitatem absolutam, non tamen excedentem regulam rationis. Dolorem autem exteriorem sensus virtus moralis directe non minuit, quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturam; diminuit tamen ipsum indirecte per redundantiã à superioribus viribus in inferiores: quod in Christo non fuit, ut dictum est (in corp. & præc. ar. 2.)

Ad tertium dicendum, quod dolor anime separata patientis pertinet ad statum future damnationis, quæ excedit omne malum hujus vite, sicut Sanctorum gloria excedit

portali circ. medi) Christus non sui mortem, quam non habebat; cum sit deus; sed hominum mortem venerat consumpturus. Unde non propria morte corpus deposuit, sed ab hominibus illam sustinuit. Sed est egrotavisset corpus ejus, & in conspectu omnium scroveretur, inconveniens erat eum qui sanaret aliorum languores, habere proprium corpus afflicto languoribus. (a) Sed est absque morbo aliquo corpus alicubi seorsum deposuisset, ac deinde se offerret; non crederetur ei de resurrectione differenti. Quomodo enim pateret Christi in morte victoria, nisi coram omnibus eam patienter incorruptionem corporis probasset extintam?

Ad tertiam dicendum, quod licet diabolus iniuste invaserit hominem; tamen homo propter peccatum iuste erat sub servitute diaboli derelictus a Deo. Et ideo conveniens fuit ut per justitiam homo a servitute diaboli liberaretur, Christo satisfaciens pro ipso per suam passionem. Fuit etiam hoc conveniens ad vincendam superbiam diaboli, qui est deservitio iustitiae, & amator potentie, ut Christus diabolum vinceret, & hominem liberaret, non per solam potentiam Deiatis, sed etiam per justitiam, & humilitatem passionis, ut Augustinus dicit XIII. de Trinit. (cap. xiii. xiv. & xv.)

MARTICULUS IV.
 Utrum Christus pati debuerit in cruce.

III. dist. xx. art. 4. quest. 2. ad 1. & IV. cont. cap. xv. ad 17. & 18. & 11. quod. quest. 1. art. 2. & opus, 11. cap. cccxxv.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit pati in cruce. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed in figura Christi præcesserunt omnia sacrificia veteris Testamenti; in quibus animalia gladio necabantur, & postmodum igni cremabantur. Ergo videtur quod Christus non debuerit pati in cruce, sed magis gladio, vel igne.

Præterea, Damascenus dicit (Lib. III. orth. Fid. cap. xx.) quod Christus non debuerit assumere (b) detraçtabiles passiones. Sed mors crucis videtur fuisse maxime detraçtabilis, & ignominiosa: unde dicitur Sap. 11. 20. Ante suspensam condemnationem eum. Ergo videtur quod Christus non debuerit pati mortem crucis.

Præterea, De Christo dicitur: Benedictus, qui venit in nomine Domini, ut patet Mat. xx. 9. Sed mors crucis erat mors maledictionis, secundum illud Deuter. xxi. 23.

(a) Ita cum potioribus mss. editi passim. Al. Sed & si absque morte corpus, &c. perperam. (b) Ita communiter. Edit. Rom. detraçtabiles, & infra detraçtabilis: it em in solutione detraçtabiles.

Maledictus est a Deo qui pendet in ligno. Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christum crucifigi.

Sed contra est quod dicitur Philip. 11. 8. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Respondeo dicendum, quod convenientissimum fuit Christum pati mortem crucis. Præmo quidem propter exemplum virtutis. Dicit enim Augustinus in Lib. lxxxiii. Q. (quest. xxv.) Sapientia Dei hominem ad exemplum, quo recte vivere debet, suscepit. Pertinet autem ad vitam rectam, ea que non sunt metueda, non metueret. Sunt autem homines qui quamvis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt. Ut ergo nullum genus mortis recte viventi homini metuedum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius, & formidabilius.

Secundo quia hoc genus mortis maxime conveniens erat satisfaciendi pro peccato primi parentis, quod fuit ex eo quod contra mandatum Dei pomum ligni vetiti sumpserat. Et ideo conveniens fuit quod Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum pateretur signo affigi, quasi restituentis quod Adam sustulerat: secundum illud Psalm. lxi. 1. 5. Quæ non rapui, tunc exolvebam. Unde Augustinus dicit in quodam sermone de passione (implic. serm. ci. de temp. ante med.) Contempsit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum; sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce invenit.

Tertia ratio est, quia, ut Chrysostomus dicit in sermone de passione (suo hom. de cruce, & latrone aliquant. à princ.) in excelsu ligno, & non sub tecto passus est, ut etiam ipsius aeris natura mundetur. Sed & ipsa terra simile beneficium sentiebat, decurrentis de latere sanguinis stillatione mandata. Et super illud Joann. 11. Oportet exaltari filium hominis, dicit Theophylactus (& Athanas. Lib. de passione & cruce Domini à med.). Exaltati audiens, suspensionem intelligis in altum; ut sanctificaret aerem, qui sanctificaverat terram ambulando in ea.

Quarta ratio est, quia per hoc quod in alto mortitur, ascensum nobis parat in calum, ut Chrysostomus dicit (Id hab. expref. Athanas. loc. cit. art. præc. ad 2.) Et inde est quod ipse dicit Joan. xxi. 33. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

Quinta ratio est, quia hoc competit universali salvationi totius mundi. Unde Gregor. Nyssenus dicit (serm. 1. de resurrect. vers. suo.

& Damasc. Lib. IV. orth. Fid. cap. xxi. circ. med. & August. epist. cxli. al. cxx. cap. xxvi.) quod figura crucis à medio (a) contactu in quatuor extrema partibus, significat virtutem, & providentiam ejus qui in ea pendit, ubique diffusam. Chrysostomus etiam dicit (hoc etiam hab. Athan. loc. cit. art. præc. ad 2.) quod in cruce expansi manibus moritur, ut altera manu vocerem populum, altera eos qui ex gentibus sunt, trahat.

Sexta ratio est, quia per hoc genus mortis diversæ virtutes designantur. Unde Augustinus dicit in Lib. de gratia veteris, & novi Testamenti: (scilicet epist. cxli. al. cxx. cap. xxvi. à med.) Non frustra tale genus mortis elegit, ad latitudinem, & altitudinem, & longitudinem, & profunditatem, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo, quæ est in eo ligno, quod transversum desuper figurat, hoc ad bona opera pertinet: quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno usque ad terram conspicuum est: ibi enim quodammodo statueret, id est perseveraret, & perseveraretur; quod longinimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte que ab illa que transversum figurat, sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi: quia bene sperantiam superas expellat. Jam vero illud ex ligno, quod fixum occultatur, unde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuita gratia. Et, sicut Augustinus super Joann. tract. cxix. parum à princ.) dicit, lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis.

Septima ratio est, quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. Ut enim Augustinus dicit in sermone de passione (hab. aliquid serm. ci. de temp. ante med.) de dilutione aquarum humanam genus arca ligna liberavit, & de Ægypto Dei populo recedente, Moses mare virga divisit, & Pharaonem prostravit, & populum Dei redemit; idem Moses lignum in aquam misit, & amarum aquam in dulcedinem commutavit; & ligna virga de spiritali petra salutaris unda profertur; & ut Amalech vinceretur, circa virgum Moses expansi manibus extenditur; & lex Dei arca testamenti creditur lignea, ut his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus, veniatur.

Ad primum ergo dicendum, quod altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerrebantur, erat factum de lignis, ut habetur Exodi xxvi. & quantum ad hoc veritas respondet figuræ; non autem oportet quod quantum ad omnia: quia jam non esset similitudo, sed veritas, ut Damascenus dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xxvi. in fin.) Specialiter tamen, ut Chrysostomus dicit (id etiam hab. Athan. loc. cit. art. præc. ad 2.) non ca-

(a) Ita cum mss. editi passim. Al. tractu, quod vult Garcia.

put ei amputatur, ut Joanni; neque solus est, ut Isaias; ut corpus integrum, & indivisibile mori ferret, & non fiat occasio volentibus dissolvi aliter. Loco autem materialis ignis fuit in holocausto Christi ignis caritatis.

Ad secundum dicendum, quod Christus detraçtabiles passiones assumere renuit, quæ pertinebant ad defectum scientiæ, vel gratiæ; aut etiam virtutis; non autem illas quæ pertinebant ad injuriam ab exteriori illatam; quinimo, ut dicitur Hebr. xii. 2. sustinuit crucem, confessione contemptam.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit XIV. contra Faustum (cap. vi.) peccatum maledictum est, & per consequens mors, & mortalitas ex peccato proveniens. Caro autem Christi mortalis fuit, similitudinem habens carnis peccati: & propter hoc Moyses eam nominat maledictum; sicut & Apostolus nominat eam peccatum, dicens II. ad Corinth. vi. 2. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet propter peccatum peccati. Nec ideo fallerit invidia est, quia dicitur: Maledictus est a Deo: nisi enim Deus peccatum odisset, & mortem nostram, non ad eam suscipiendam, atque tollendam Filium suum mitteret. Confiteri ergo maledictum suscepisse pro nobis quem confiteri in eum esse pro nobis. Unde ad Galat. 11. 13. dicitur: Christus non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

MARTICULUS V.

Utrum Christus omnes passiones sustinuerit.

Infra. quest. XLVII. art. 2.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod Christus omnes passiones sustinuerit. Dicit enim Hilari. X. de Trinit. (aliquant. à princ.) Unigenitus Dei ad prægendum mortis sui sacramentum, consummavit se omne humanarum generum passionum testatur, cum inclinatus capite emisit spiritum. Videtur ergo quod omnes passiones humanas sustinuerit.

Præterea, Iai. lxi. 13. dicitur: Ecce intelliget sermum meum, & exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valde; sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros usque postea, ejus, & forma ejus inter filios hominum. Sed Christus est exaltatus, secundum hoc quod habuit omnem gratiam, & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstupuerunt. Ergo videtur quod inglorius fuerit, sustinendo omnem passionem humanam.

Præterea, Passio Christi ordinata est ad liberationem hominis à peccato, ut

(a) Ita cum mss. editi passim. Al. tractu, quod vult Garcia.

Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? Tertio ex parte Dei, cujus definitionem circa passionem Christi prænantiam in Scripturis, & præfigurantem in observantia veteris Testamenti, oportebat impleri: & hoc est quod dicitur Luc. xxii. 22. Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: & Luc. ult. 44. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est implere omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me: quoniam sic scriptura est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte Dei.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi.

Ad tertium dicendum, quod hominem liberari per passionem Christi, conveniens fuit & misericordie, & justitiæ ejus. Justitiæ quidem, quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis; & ita homo per justitiam Christi liberatus est: misericordie vero, quia cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanæ naturæ, ut supra dictum est (quæst. i. art. 2.) Deus est satisfactorum dedit Filium suum, secundum illud Rom. i. 24. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiorem pro fidei in sanguine ipsius: & hoc fuit abundantioris misericordie quam si peccata absque satisfactione dimisisset. Unde dicitur Ephes. i. 4. Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem, quæ dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, convulsit nos in Christo.

Ad quartum dicendum, quod peccatum hominis, ut ex supradictis in prima parte patet (quæst. lxxv. art. 2.)

ARTICULUS II.

Utrum fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ quam per passionem Christi.

III. dist. xx. art. 4. quæst. 1. & opusc. 1. cap. xvii.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ quam per passionem Christi. Dicit enim Dominus Joan. xxi. 24. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit: ubi dicit Augustinus (tract. l. i. in Joan. circ. med.) quod, scilicet, sum granum dicebat. Nisi ergo mortem

passus esset, aliter fructum nostræ liberationis non fecisset.

2. Præterea. Matth. xxvi. 42. Dominus dicit ad Patrem: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Loquitur autem ibi de calice passionis. Ergo passio Christi præteriri non poterat: unde & Hilarius dicit (can. xxxi. in Matth. ad fin.) Ideo calix transire non potest, nisi illum bibas, quia reparari nisi ex ejus passione non possumus.

3. Præterea. Justitia Dei exigebat ut homo à peccato liberaretur, Christo per passionem satisfaciendo. Sed Christus suam justitiam non potest præteriri: dicitur enim II. ad Timoth. i. 13. Si non credimus, ille fidei permanet, negare seipsum non potest. Seipsum autem negaret, si justitiam suam negaret, cum ipse sit justitia. Ergo videtur quod non fuerit possibile alio modo hominem liberari quam per passionem Christi.

4. Præterea. Fidei non potest subesse falsum. Sed antiqui Patres crediderunt Christum passurum. Ergo videtur quod non poterit esse quin Christus pateretur.

Sed contra est quod Augustinus dicit XIII. de Trinit. (cap. x. circ. princ.) Ipsum modum quo nos per meritum Dei, & hominum hominem Christum Jesum Deus liberare dignatur, asserimus bonum, & divinæ congruum dignitatis verum etiam ostendimus, non alium modum possibilem Deo desuisse, cujus potestati cuncta equaliter subjacent.

Respondeo dicendum, quod aliquid potest dici possibile, vel impossibile dupliciter: uno modo simpliciter, & absolute; alio modo ex suppositione. Simpliciter igitur, & absolute loquendo, possibile fuit Deo alio modo hominem liberare quam per passionem Christi, quia non est impossibile apud Deum omne verbum, ut dicitur Luc. i. 37. Sed ex aliqua suppositione facta, fuit impossibile. Quia enim impossibile est Dei præscientiam falli, & ejus voluntatem, seu dispositionem cassari, supposita præscientia, & præordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati, vel hominem alio modo quam per ejus passionem liberari. Et est eadem ratio de omnibus his quæ sunt prædicta, & præordinata à Deo, ut in prima parte habitum est (quæst. xiv. art. 13.)

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus ibi loquitur, supposita præscientia, & præordinatione Dei, secundum quam erat ordinatum ut fructus humanæ salutis non sequeretur nisi Christo patiente.

Et similiter intelligendum est quod secundo objicitur, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, scilicet propter hoc quod tu isti disposuisti: unde subdit: Fiat voluntas tua.

Ad

Ad tertium dicendum, quod hæc etiam justitia dependet ex voluntate divina, ab humano genere satisfaciendo exigente pro peccato. Nam si voluisset absque omni satisfactione hominem à peccato liberare, contra justitiam non fecisset. Ille enim iudex non potest salva justitia culpam sine pena dimittere, qui habet punire culpam in alium commissam, puta vel in alium hominem, vel in totam rem publicam, sive in superiorem Principem. Sed Deus non habet aliquem superiorem, sed ipse est supremum, & commune bonum totius universi. Et ideo si dimittat peccatum, quod habet rationem culpæ, ex eo quod contra ipsum committitur, nulli facit injuriam; sicut quicumque homo remittit offensam in se commissam absque satisfactione, misericorditer, & non injuste agit. Et ideo David misericordiam petens dicebat (Psalm. l. 6.) Tibi soli peccavi; quasi dicat: Potes sine iniustitia mihi dimittere.

Ad quartum dicendum, quod fides humana, & etiam Scripturæ divinæ, quibus fides instruitur, innuntiant præsentia, & præordinationi divinæ. Et ideo eadem ratio est de necessitate quæ provenit ex suppositione eorum, & de necessitate quæ provenit ex præsentia; & voluntate divina.

ARTICULUS III.

Utrum fuerit aliquis modus convenientior ad liberationem humani generis quam per passionem Christi.

III. dist. xviii. art. 6. quæst. 3. corp. & dist. x. art. 4. quæst. 2. & quodl. iv. art. 2.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod alius modus convenientior fuisset liberationis humanæ quam per passionem Christi. Natura enim in sua operatione imitatur opus divinum, utpote à Deo mota, & regulata. Sed natura non facit per duo quod per unum potest facere. Cum ergo Deus potuerit hominem liberare sola propria voluntate, non videtur convenientius fuisse quod ad liberationem humani generis Christi passio adderetur.

2. Præterea. Ea quæ sunt per naturam, convenientius sunt quam ea quæ sunt per violentiam: quia violentia est quædam excessus, seu casus ab eo quod est secundum naturam, ut dicitur in Lib. II. de celo (text. 18.) Sed passio Christi mortem violentam induxit. Ergo convenientius fuisset ut Christus naturali merito moriendo hominem liberaret, quam quod pateretur.

3. Præterea. Convenientissimum videtur quod ille qui violenter, & injuste detinet ali-

quid, per superioris potentiam spoliatur: unde IIa. l. i. 3. dicitur: Gratias venundati estis, & sine argento redimimini. Sed diabolus nullum jus in homine habebat, quem per fraudem deceperat, & per quamdam violentiam servituti subiectum detinebat. Ergo videtur convenientissimum fuisse quod Christus diabolum per solam potentiam spoliaret absque sua passione.

Sed contra est quod Augustinus dicit XIII. de Trinit. (cap. x. circ. princ.) Sanandæ nostræ miseris convenientior modus alius non fuit quam per Christi passionem.

Respondeo dicendum, quod tanto aliquis modus convenientior est ad assequendum finem, quanto per ipsum plura concurrent quæ sunt expedientia fini. Per hoc autem quod homo per Christi passionem est liberatus, multa concurrerunt ad salutem hominis pertinentia præter liberationem à peccato. Primo enim per hoc homo cognoscit quantum Deus hominem diligit; & per hoc provocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanæ salutis consistit: unde Apostolus dicit Rom. v. 8. Commendat suam caritatem Deus in nobis: quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secundo quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ, justitiæ, & cæterarum virtutum in passione Christi ostensarum, quæ sunt necessaria ad humanam salutem: unde dicitur I. Petr. ii. 21. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Tertio quia Christus per passionem suam non solum hominem à peccato liberavit, sed etiam gratiam justificantem, & gloriam beatitudinis ei promeruit, ut infra dicitur (quæst. xlvi. art. 2.) Quarto quia per hoc est homini inducta major necessitas se immundum à peccato conservandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat à peccato, secundum illud I. Corinth. vi. 20. Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quinto quia hoc ad majorem dignitatem hominis celsit, ut sicut homo victus fuerat, & deceptus à diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum vinceret; & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortem superaret. Unde dicitur I. ad Corinth. xv. 57. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Et ideo convenientius fuit quod per passionem Christi liberaremur, quam per solam Dei voluntatem.

Ad primum ergo dicendum, quod natura etiam, ut aliquid convenientius faciat, plura ad unum assumit; sicut duos oculos ad videndum, & idem patet in aliis.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Chrysostomus dicit (hab. expref. ex Athanas. in Lib. de incarnat. Verbi, & ejus adventu cor-

omne bonum præsentis vitæ. Unde cum dicimus, Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat, nisi peccaret; & sic fieret mortale, & passibile, & minus doleret patiens quam corpus Christi, propter rationes prædictas. Ex quibus etiam appareret quod etiam per impossibile ponatur quod Adam in statu innocentie passus fuisset, minor fuisset dolor ejus quam Christi.

Ad quartum dicendum, quod Christus non solum doluit pro amissione vitæ corporalis propriæ, sed etiam pro peccatis omnium aliorum: qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscumque contriti: tum quia ex majori sapientia, & caritate processit, ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiam quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud Isai. LVII. 4. Vere dolores nostros ipse tulit. Vita autem corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præcipue propter Divinitatem unitam, quod de ejus amissione etiam ad horam magis esset dolendum quam de amissione vitæ alterius hominis per quantumcumque tempus. Unde & Philosophus dicit III. Ethic. (cap. IX. circ. med.) quod virtuosus tanto plus diligit vitam suam, quanto scit eam esse meliorem; & tamen eam exponit propter bonum virtutis. Et similiter Christus vitam suam maxime dilectam exposuit propter bonum caritatis, secundum illud Isai. LVII. 7. Dedit dilectam animam meam in manus inimicorum ejus.

Ad quintum dicendum, quod innocentia patientis minuit dolorem passionis quantum ad numerum: quia cum nocens patitur, dolet non solum de poena, sed etiam de culpa; innocens autem solum de poena: qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, in quantum apprehendit nocentium illarum ut magis indebitum, unde etiam & alii magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Isai. LVII. 7. Justus autem perit, & non est qui recipiat in corde suo.

Ad sextum dicendum, quod Christus voluit genus humanum à peccatis liberare non sola potestate, sed etiam iustitia. Et ideo non solum attendit quantum virtutem dolor ejus haberet ex Divinitate unita, sed etiam quantum dolor ejus sufficeret secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem.

ARTICULUS VII. 253

Utrum Christus passus fuerit secundum totam animam.

III. dist. XV. quæst. 11. art. 1. quæst. 3. & art. 3. quæst. 2. & ver. quæst. XXVI. art. 3. ad 1. & art. 8. & 9. & quodl. VI. art. 5. & opuscul. 111. cap. CCXXXI.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit passus secundum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accedens, in quantum est corporis actus. Sed anima non est actus corporis secundum quamlibet partem ejus: nam intellectus nullius corporis actus est; ut dicitur in III. de Anima (text. 6. & 12.) Ergo videtur quod Christus non fuerit passus secundum totam animam.

Præterea. Quilibet potentia animæ patitur à suo objecto. Sed superioris partis rationis objectum sunt rationes æternæ; quibus inspicendis, & consentiens intendit, ut Augustinus dicit XII. de Trinit. (cap. VII. in fin.) Ex rationibus autem æternis nullum potuit Christus pati nocentium, cum in nullo ei contrarietur. Ergo videtur quod non fuerit passus secundum totam animam.

Præterea. Quando passio sensibilis usque ad rationem pergit, tunc dicitur completa passio: quæ in Christo non fuit, sed solum passio, ut Hieronymus dicit (sup. illud Mat. th. XXVI. Cepit contristari:) unde & Dionysius dicit in epist. ad Joannem Evangelistam (x. circ. med.) quod passiones sibi illatas patiebatur secundum judicare solum. Non ergo videtur quod Christus secundum totam animam pateretur.

Præterea. Passio dolorem causat. Sed in intellectu speculativo non est dolor: quia delectationi quæ est ab eo quod est considerare, nulla tristitia opponitur, ut Philosophus dicit in I. Topic. (cap. XIII. loco 2.) Ergo videtur quod Christus non pateretur secundum totam animam.

Sed contra est quod in PG LXXXVI. 4. dicitur ex persona Christi: Repleta est malis animæ meæ: Glossa (interl. Augu.) non vitis, sed doloribus, quibus anima carni compatitur; vel malis, scilicet percunctis populi, compatiendo. Non autem fuisset anima ejus his malis repleta, si non secundum totam animam passus esset. Ergo Christus est secundum totam animam passus.

Respondetur dicendum, quod totum dicitur respectu partium. Partes autem animæ dicuntur potentie ejus. Sic ergo dicitur anima tota pati, in quantum patitur secundum suam essentiam, vel in quantum secundum omnes suas potentes.

potentias patitur. Sed considerandum est, quod aliqua potentia animæ potest pati dupliciter: uno modo passione propria: quæ quidem est, secundum quod patitur à suo objecto, sicut si visus patitur ex superabundanti visibili: alio modo aliqua potentia patitur passione subjecti, super quod fundatur; sicut visus patitur patiente sensu tactus in oculo, super quem fundatur visus; puta cum oculus pungitur, aut etiam distemperatur per calorem.

Sic igitur dicendum est, quod si intelligamus totam animam ratione suæ essentia, sic manifestum est totam animam Christi passam esse. Nam tota essentia animæ conjugitur corpori, ita quod tota est in toto, & tota in qualibet parte ejus. Et ideo, corpore patiente, & disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si vero intelligamus totam animam secundum omnes potentias ejus, sic loquendo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes vires inferiores, quia in singulis viribus inferioribus anima, quæ circa temporalia operatur, inveniebatur aliquid quod erat causa doloris Christi, sicut ex prædictis patet (art. præc.) sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui objecti, scilicet Dei, qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis, & gaudii: secundum autem illam modum passionis quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui objecti, sic omnes potentie animæ Christi patiebantur: omnes enim potentie animæ radicantur in essentia ejus, ad quam pervenit passio, passio corpore, cujus est actus.

Ad primum ergo dicendum, quod licet intellectus, secundum quod est potentia quedam, non sit corporis actus; essentia tamen animæ est corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiva, ut in prima parte habitum est (quæst. LXXXVII. art. 6. & 8.)

Ad secundum dicendum, quod illa ratio procedit de passione quæ est ex parte proprii objecti, secundum quam superior ratio in Christo passa non fuit.

Ad tertium dicendum, quod dolor tunc dicitur esse passio perfecta, per quam anima perturbatur, quando passio sensitivæ partis pergit usque ad immutandum rationem à rectitudine sui actus, ut scilicet sequatur passionem, & non habeat liberum arbitrium super eam. Sic autem passio sensitivæ partis non pervenit in Christo usque ad rationem, sed ex parte subjecti, sicut dictum est (in corp. art.)

Ad quartum dicendum, quod intellectus speculativus non potest habere dolorem, vel tristitiam ex parte sui objecti, quod est verum absolute consideratum, quod est perfectio ejus.

potest tamen ad ipsum pertinere dolor, vel causa doloris per modum jam dictum, (in corp. art.)

ARTICULUS VIII. 253

Utrum tota anima Christi in passione fruereetur fruitione beatæ.

III. dist. XV. quæst. 11. art. 3. quæst. 2. & ver. quæst. X. art. 11. ad 3. & quæst. XXVI. art. 9. & 10. & quodl. 1. quæst. 11. art. 2. cor. & op. 11. c. CCXXXVIII. & CCXXXIX.

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod anima Christi in articulo illius passionis non tota fruereetur fruitione beatæ. Impossibile est enim simul dolere, & gaudere, cum dolor, & gaudium sint contraria. Sed anima Christi tota patiebatur dolorem in tempore passionis, ut supra habitum est (art. præc.). Non ergo poterat esse ut tota fruereetur.

Præterea. Philosophus dicit in VII. Ethic. (simple. cap. ult.) quod tristitia, si sit vehementis, non solum impedit delectationem contrariam, sed quæcumque; & e converso. Dolor autem passionis Christi fuit maximus, ut ostensum est (art. 6. huj. quæst.) & similiter delectatio fruitionis est maxima, ut in principio secunde partis habitum est (1. 2. quæst. 1v.) Non ergo potuit esse quod anima Christi tota simul pateretur, & fruereetur.

Præterea. Fruitio beatæ est secundum cognitionem, & amorem divinorum, ut patet per Augustinum in I. de doctrina christi. (cap. IV. & X.) Sed non omnes vires animæ attingunt ad cognoscendum, & amandum Deum. Non ergo tota anima Christi fruerebatur.

Sed contra est, quod Damascenus dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. XV. à med.) quod Divinitas Christi permixta carni agere, & pati quæ propria. Ergo pari ratione, cum proprium esset animæ Christi, in quantum erat beatæ, quod fruereetur, passio ejus fruitionem non impediabat.

Respondetur dicendum, quod, sicut dictum est prius (art. præc.) tota anima potest intelligi, & secundum essentiam, & secundum omnes ejus potentias.

Si autem intelligatur secundum essentiam, sic tota anima fruerebatur, in quantum est subiectum superioris partis animæ, cujus est frui Divinitate; ut sicut passio ratione essentia attribuitur superiori parti animæ, ita e converso fruitio ratione superioris partis animæ attribuitur essentia. Si vero accipiamus totam animam ratione omnium potentiarum ejus, sic non tota anima fruerebatur: nec directe quidem, quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis ani-

animæ; nec per redundantiam gloria, quia dum Christus erat viator, non fiebat redundantia gloriæ à superiori parte in inferiorem, nec ab anima in corpus. Sed quia nec à converso superior pars animæ impediatur circa id quod est sibi proprium per inferiorem, consequens est quod superior pars animæ perfecte fruebatur Christo patiente.

Ad primum ergo dicendum, quod gaudium fruitionis non contrariatur directe dolori passionis, quia non sunt de eodem. Nihil autem prohibet, contraria eidem inesse non secundum idem. Et sic gaudium fruitionis potest pertinere ad superiorem partem rationis per proprium actum; dolor autem passionis secundum subjectum. Ad essentiam vero anime pertinet dolor passionis ex parte corporis, cuius est forma; gaudium vero fruitionis ex parte potentia, cui subieciatur.

Ad secundum dicendum, quod verbum illud Philosophi habet veritatem ratione redundantia, quæ naturaliter fit ab una potentia animæ in aliam; sed hoc Christo non fuit, ut supra dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de totalitate animæ quantum ad eius potentias.

ARTICULUS IX. 254

Utrum Christus fuerit convenienti tempore passus.

Inf. art. 10. cor.

AD nonum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit convenienti tempore passus. Passio enim Christi figurabatur per immolationem agni paschalis: unde & Apostolus dicit I. ad Cor. v. 7. Pascha vestrum immolatus est Christus: Sed agnus paschalis immolabatur quartadecima die ad vespeream, ut dicitur Exodi xii. Ergo videtur quod Christus tunc debuerit pati: quod pater esse saluum: nam tunc Pascha cum suis discipulis celebravit; secundum illud Mat. xiv. 12. Primo die azymorum, quando Pascha immolabant; sequenti autem die passus fuit.

2. Præterea. Passio Christi dicitur eius exaltatio, secundum illud Joan. 11. 14. Oportet exaltari filium hominis. Ipse autem Christus dicitur. Sol iustitie, ut patet Malach. ult. Ergo videtur, quod debuerit pati hora sexta; quando Sol est in sua maxima exaltatione: cuius contrarium videtur per id quod dicitur Mar. xv. 25. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.

3. Præterea. Sicut Sol in hora sexta maxime exaltatur quolibet die, ita in solstitio æstivali maxime exaltatur quolibet anno. Debuit ergo magis pati circa tempus solstitii æstiva-

lis quam circa tempus æquinoctii vernalis. 4. Præterea. Per præsentiam Christi in mundo mundus illuminabatur, secundum illud Joan. 1x. 5. Quamvis sum in mundo; lux sum mundi. Conveniens igitur fuisset humanæ salutis, ut diutius in hoc mundo vixisset, ita quod non pateretur in juvenili ætate, sed magis in senili.

Sed contra est quod dicitur Joan. xiiii. 1. Scienst Jesus quia venit hora ejus, ut transeat de hoc mundo ad Patrem: & Joan. 11. 4. dicit: Nondum venit hora mea: ubi dicit Augustinus (tract. viii. in Joan. ad fi.). Ubi tantum fecit, quantum sufficere judicavit, venit hora ejus non necessitatis, sed voluntatis. Conveniente igitur tempore passus est.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 1. huj. q.) passio Christi subiecta erat ejus voluntati. Voluntas autem ejus regebatur divina sapientia, quæ omnia convenienter, & suaviter disponit, ut dicitur Sap. viii. Et ideo dicendum est, quod convenienti tempore passio Christi celebrata est. Unde Augustinus (alius Auctor) in Lib. questionum veter. & novi Testam. (quest. lv. in princ.) dicit: Omnia proprii fecit, & temporibus gessit Salvator.

Ad primum ergo dicendum, quod quidam dicunt, Christum fuisse passum quartadecima Luna, quando Judæi Pascha immolabant: unde & Joan. xviii. 28. dicitur, quod Judæi non intraverunt in prætorium Pilati: ipse die passionis: ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha: ubi Chrysostronus dicit, (hom. lxxxii. in Joan. à med.) quod, tunc Judæi faciebant Pascha; ipse vero ante unam diem celebravit Pascha, reservans suam occisionem sextæ feriæ, quando vetus Pascha fiebat. Cui videtur consonare quod dicitur Joan. xiiii. quod ante diem festum Pasche Christus facta cena, pedes discipulorum lavit.

Sed contra hoc videtur esse, quod dicitur Matth. xxvi. 17. quod prima die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Ex quo patet, quod cum primus dies azymorum dicitur quartus, decimus dies mensis primi, quando agnus immolabatur, & Luna plenissima est: ut Hieronymus dicit, sup. illud Matth. xxvi. Prima die azymorum accesserunt &c.) constat quartadecima Luna Christum cenam fecisse, & quintadecima eum esse passum. Et hoc expressus manifestatur per id quod dicitur Mar. xiv. 12. Primo die azymorum, quando Pascha immolabatur &c. & Lucæ xxii. 7. Venit dies azymorum, in quo necesse erat accidi Pascha.

Et ideo quidam dicunt, quod Christus die convenienti, id est quartadecima luna, Pascha cum discipulis suis manducavit, demonstrans quod usque ad ultimum diem non

non erat contrarius legi. ut Chrysostronus dicit (super Mattha. (hom. lxxxii. à princ.) sed Judæi occupati circa procuracionem mortis Christi, concipiunt legem, celebrationem Pasche in crastinum distulerunt. Et propter hoc de his dicitur, quod in die passionis Christi noluerunt intrare prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.

Sed nec istud videtur esse consonum verbis Marci dicentis: Primo die azymorum, quando Pascha immolabatur. Simul ergo Christus, & Judæi vetus Pascha celebraverunt. Et, sicut Beda dicit super Marc. (cap. xliii. secundum ejus ordinem,) licet Christus, qui est Pascha nostrum, sit crucifixus sequenti die, hoc est quintadecima Luna; tamen nocte, qua agnus immolabatur corporis, sanguinisque sui discipulis tradens mysteria celebranda, & à Judæis tentus, ac ligatus, ipsius immolationis, hoc est passionis super sacrauit exortium. Cum autem dicitur Joan. xviii. Ante diem festum Pasche, intelligitur hoc fuisse quartadecima Luna, quod tunc evenit quinta feria: nam Luna existente quintadecima, erat dies solemnissimus Pasche apud Judæos: & sic eundem diem, quem Joannes nominat ante diem festum Pasche, propter distinctionem naturalem dierum, Mattheus nominat primum diem azymorum: quia secundum ritum Judæicæ festivitatis solemnitas incipiebat à vespere præcedentis diei. Quod autem dicitur, eos comesturos esse Pascha in quintadecima Luna, intelligendum est, quod ibi Pascha non dicitur agnus paschalis, qui immolatus fuerat decimaquarta Luna; sed dicitur cibus paschalis, id est azymi panes, quos oportebat comedi à mundis. Unde Chrysostronus ibidem (à med.) aliam expositionem ponit, quod Pascha potest accipi pro toto festo Judæorum, quod septem diebus agebatur.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Libro III. de cons. Evang. (cap. xlii.) hora erat quasi sexta, cum trahitur est Dominus crucifigendus à Pilato, ut Joan. dicit: non enim erat plene sexta, sed quasi sexta, id est peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse ceperat, donec completa sexta, Christo pendente in cruce, tenebre fierent. Intelligitur autem fuisse hora tertia, cum clamaverunt Judæi, ut Dominus crucifigretur: & veracissime demonstrat, tunc eos crucifixisse, quando clamaverunt. Ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis avertis à Judæis in milites converteret, Erat inquit, hora tertia, & crucifixerunt eum, ut illi eum potius crucifixisse inveniantur qui hora tertia ut crucifigretur clamaverunt. Quamquam non desunt qui Parasceven, quam Joannes commemorat dicens, Erat Parasceve hora quasi sexta horam diei tertiam velint intelligi. Parasceve quippe interpretatur præparatio. Verum autem Pascha, quod in passione Domini celebratur, incipit præ-

parari ab hora noctis nona, quando scilicet omnes principes sacerdotum dixerunt: Reus est mortis. Ab illa ergo nocte hora usque ad Christi crucifixionem, occurrit hora Parasceve sexta, secundum Joannem, & hora diei tertia secundum Marcum.

Quidam tamen dicunt, quod hæc diversitas ex peccato scriptoris apud Græcos contigit: nam figura, quibus tria, & sex representantur, satis sunt propinque apud eos.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicitur in Lib. de questionibus vet. & novi Testam. (quest. lv. inter op. Aug.) tunc voluit Dominus passione sua mundum redimere, & reformare, quando cum creaverat, id est in equinoctio, unde mandus initium cepit & dies super noctem increvit; quia per passionem Salvatoris à tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in secundo adventu Christi, ideo tempus secundi adventus ætati comparatur Matth. xxiv. 32. ubi dicitur: Cum ramus ejus jam terner fuerit, & foliata, scitis quia prope est æstas; ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitate quia prope est, & in januis: & tunc etiam erit maxima Christi exaltatio.

Ad quartum dicendum, quod Christus in juvenili ætate pati voluit, propter tria. Primo quidem, ut ex hoc magis suam dilectionem commendaret, quod vitam suam pro nobis dedit, quando erat in perfectissimo statu. Secundo quia non conveniebat, ut in eo appareret nature diminutio, sicut nec morbus, ut supra dictum est (quest. xiv. art. 4). Tertio ut in juvenili ætate moriens, & resurgens, futuram resurgentiæ qualitatem in seipso Christus præmonstraret: unde dicitur Ephes. iv. 13. Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei in verum perfectum, in mensuram staturæ plenitudinis Christi.

ARTICULUS X. 255

Utrum Christus fuerit convenienti loco passus.

Sup. quest. xxxv. art. 7. ad 1. & inf. quest. lxxxii. art. 3. ad 1. & opus. lx.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod non convenienti loco Christus passus fuerit. Christus enim passus est secundum carnem humanam: quæ quidem concepta fuit ex virgine in Nazareth, & nata in Bethlehem. Ergo videtur, quod non in Hierusalem, sed in Nazareth, vel in Bethlehem pati debuerit.

2. Præterea. Veritas debet respondere figuræ.

ra. Sed passio Christi figurabatur per sacrificia veteris legis: hujusmodi autem sacrificia offerebantur in templo. Ergo videtur quod & Christus in templo pati debuerit, & non extra portam civitatis.

3. Præterea, Medicina debet morbo responderi. Sed passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ: Adam autem non fuit sepultus in Hierusalem, sed in Hebron: dicitur enim Josue xiv. 15. *Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe*; Adam (a) maximus ibi inter Enachim situs est. Ergo videtur quod Christus in Hebron, & non in Hierusalem pati debuerit.

Sed contra est quod dicitur Luc. xii. 33. *Non capit Prophetam perire extra Hierusalem*. Sed Christus fuit Propheta. Convenienter ergo passus est in Hierusalem.

Respondet dicendum, quod, sicut dicitur in Lib. Qq. vet. & novi Testam. (quæst. lv. inter op. Aug.) omnia propriis locis, & temporibus gessit Salvator: quia sicut omnia tempora sunt in manu ejus, ita etiam omnia loca: & ideo sicut convenienti tempore Christus passus est, ita etiam convenienti loco.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus convenientissime in Hierusalem passus est. Primo quidem quia Hierusalem erat locus à Deo electus ad sacrificia sibi offerenda; que quidem figurata sacrificia figurabant Christi passionem, quod est verum sacrificium, secundum illud Ephes. v. 2. *Tradidit semetipsum hostiam, & oblationem in odorem suavitatis*. Unde Beda dicit in quadam homilia (in Domin. Palmarum, in princ.) quod appropinquante hora passionis, Dominus appropinquare voluit loco passionis, scilicet (b) Hierusalem, quo pervenit ante sex dies Paschæ; sicut agnus paschalis ante sex dies Paschæ, idest decima Luna, secundum præceptum legis ad locum immolationis ducebatur. Secundo quia virtus passionis ejus ad totum mundum diffundenda erat, in medio terræ habitabilis pati voluit, idest in Hierusalem. Unde dicitur in Psalm. lxxi. 12. *Deus autem Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ*, idest in Hierusalem, quæ dicitur esse umbilicus terræ. Tercio quia hoc maxime conveniebat humilitati ejus: scilicet sicut turpissimum genus mortis elegit, ita etiam ad ejus humilitatem pertinuit quod in loco tam celebri confusionem pati non recusavit. Unde Leo Papa dicit in quadam sermone Epiphani. (1. in eo fusto cap. 11. à princ.) *Qui servi suscepit formam, Bethleem prælegit nativitati, Hierusalem passioni*. Quarto, ut ostenderet, à principibus populi Judæorum extortam esse iniquitatem occidentium ipsam;

(a) Cod. Alcan. Alique & editi veteres; in terra (vel intra) Enachim situs erat (item est).
(b) Al. in Hierusalem.

& ideo in Hierusalem, ubi principes morabantur, voluit pati unde dicitur AR. 1. v. 27. *Convenerunt in ista civitate adversus sanctum patrum tuum Jesum, quem tenuisti Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populo Israel*.

Ad secundum dicendum, quod Christus non in templo, aut in civitate, sed extra portam passus est, propter tria. Primo quidem ut veritas responderet figuræ. Nam vitulus, & hircus, qui solemnissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerbantur, extra castra comburebantur, ut præcipitur Levit. xvi. Unde dicitur Heb. xii. 11. *Quorum animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, eorum corpora cremantur extra castra*. Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Secundo ut per hoc daret nobis exemplum exeundi à mundana conversatione. Unde ibidem subditur: *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes*. Tercio, ut Chrysothomus in ferm. de Pass. (seu de cruce, & latrone, aliquant. à princ.) dicit, *voluit Dominus pati sub tecto, non in templo Judaico, ne Judæi subtraherent sacrificium salutare, ne putares pro illa tantum plebe oblatum, & ideo foras civitatem, foras muros, ut scias sacrificium esse commune, quod totius est terræ oblatio, quod communis est purificatio*.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Hieronymus dicit super Matth. (sup. illud cap. xxvii. Et venerunt in locum, &c.) quidam exposuit, *Calvaris locum, in quo sepultus est Adam, ideo sic appellabatur, quia ibi antiqui hominibus sit conditum caput. Favorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera*. Extra urbem enim, & foras portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum; & calvaria, idest decollatorum, sumptere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Jesus, ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigeretur vexilla martyrii. Adam vero sepultum juxta Hebron, & Arbet, in Jesse filii Nave volumine legimus. Magis autem Jesus crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quam juxta sepulcrum Adæ, ut ostenderetur, quod crux Christi non solum erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ, sed etiam contra peccatum totius mundi.

AR.

ARTICULUS XI.

Conveniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum cum latronibus crucifigi. Dicitur enim II. Cor. vi. 14. *Que participatio justitiam cum iniquitate? Sed Christus factus est nobis justitia à Deo*; iniquitas autem pertinet ad latrones. Non ergo fuit conveniens ut Christus simul cum latronibus crucifigeretur.

2. Præterea. Super illud Matth. xxvi. Si oportuerit me iniri secum, non te negabo, dicit Origenes (tract. xxv. in Matth. inter princ. & med.) *Mori cum Jesu pro omnibus moriente hominum non erat*. Et Ambrosius super illud Luc. xxii. *Paratus sum tecum, & in carcere, & in morte ire*, Passio, inquit, Domini æmulos habet, pares non habet. Multo igitur minus conveniens videtur quod Christus simul cum latronibus pateretur.

3. Præterea. Matth. xxvii. 44. dicitur, quod latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Sed Luc. xxiii. 42. dicitur, quod unus eorum qui crucifixus erat cum Christo, ei dicebat: *Memento mihi Domine, dum veneris in regnum tuum*. Ergo videtur quod præter latrones blasphemantes, fuerit cum eo crucifixus alius non blasphemans; & sic videtur inconvenienter ab Evangelistis narratum, quod Christus fuerit cum latronibus crucifixus.

Sed contra est quod Isa. l. 11. 12. fuerat prophetatum: *Et cum sceleratis reputatus est*.

Respondet dicendum, quod Christus inter latrones crucifixus est alia quidem ratione quantum ad intentionem Judæorum, alia vero quantum ad Dei ordinationem. Quantum enim ad intentionem Judæorum, duos latrones utrinque crucifixerunt, sicut dicit Chrysothomus (hom. lxxxviii. in Matth. aliquant. à princ. & homil. lxxxiv. in Joan.) *ut eorum suspitionis fieret particeps*. Sed non ita evenit: nam de illis nihil dicitur; horum autem ubique crux honoratur: Reges diademata deponentes, assumunt crucem in purpuri, in diadematis, in armis, in mensa sacra: ubique terrarum crux enicit. Quantum vero ad Dei ordinationem Christus cum latronibus crucifixus est, quia, ut Hieronymus dicit super Matth. (sup. illud cap. xxvii. *Venerunt in locum, qui &c.*) sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Secundo, ut dicit Leo Papa in sermone de passione (iv. patum à princ.) *duo latrones, unus ad dexteram, & alius ad sinistram, crucifiguntur, ut in ipsa passibili specie monstraretur illa que in judicio ipsius omnium hominum facienda est*.

S. Th. Op. Tom. V.

discretis. Et Augustinus dicit super Joan. (tract. xxxi. in fin.) *Ipsa crux, si attendat, tribunal fuit: in medio enim jusque constituta, unus qui credit, liberatus, alter qui insultavit, damnatus est*. Jam significabat quid facturus est de vivis, & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios vero ad sinistram. Tertio, secundum Hilarium (can. xxxiii. in Matth. ante med.) *duo latrones levæ, ac dextere offerantur, omnem humani generis universitatem vocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes*. Sed quia per diversitatem fidelium, ac infidelium, fit omnium secundum dexteram sinistramque divisio, unus ex duobus ad dexteram ejus: sicut fidei justificatione salvatur. Quarto, quia ut Beda dicit super Marc. (cap. xl. iv. secundum ejus ord.) *latrones qui cum Domino crucifixi sunt, significant epi qui sub fide, & confessione Christi vel agonem martyrii, vel qualibet adversarii disciplinæ instituta subeunt: sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dexteri latronis fide designantur; qui vero humane laudis inuita, sinistri latronis mentem imitantur, & alius*.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Christus debuit mortis non habuit, sed mortem voluntarie subit, ut sua virtute vinceret mortem: ita etiam non habuit meritum, ut cum latronibus poneretur; sed voluit cum iniquis deputari, ut sua virtute iniquitatem destrueret. Unde Chrysothomus dicit super Joan. (hom. lxxxiv. postquam à princ.) *quod latronem in cruce convertere, & in paradysum inducere non minus fuit, quam convertere petram*.

Ad secundum dicendum, quod non conveniebat ut cum Christo aliquis alius pateretur ex eadem causa. Unde Origenes ibidem subdit: *Omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant ut pro eis alius moreretur, non ipse pro aliis*.

Ad tertium dicendum, quod sicut Augustinus dicit in Lib. III. de consensu Evangelist. (cap. xvi. in fin.) *possimus intelligere Marcobum posuisse pluralem numerum pro singulari, cum dixit: latrones improperabant ei*. Vel potest dici secundum Hieronymum (sup. illud Matth. xxvii. *Latrones improperabant*) quod primum uterque blasphemaverit; deinde Jesus signis, unus eorum creditur.

KK

AR

ARTICULUS XII. 257

Utrum passio Christi sit ejus Divinitati attribuenda.

IV. cont. cap. LV. ad 14.

AD duodecimum sic proceditur. Videtur quod passio Christi sit ejus Divinitati attribuenda. Dicitur enim I. ad Corinth. 11. 8. Si cognovissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent. Sed Dominus glorie est Christus secundum Divinitatem. Ergo passio Christi competit ei secundum Divinitatem.

2. Præterea. Principium salutis humanæ est ipsa Divinitas, secundum illud Psal. xxxvi. 39. Salus autem iustorum à Domino. Si ergo passio Christi ad ejus Divinitatem non pertineret, videretur quod non posset nobis esse fructifera.

3. Præterea. Judæi puniti sunt pro peccato occisionis Christi, tamquam homicidæ ipsius Dei; quod magnitudo pœnæ demonstrat. Hoc autem non esset, si passio ad Divinitatem non pertineret. Ergo passio Christi ad Divinitatem ejus pertinet.

Sed contra est quod Athanasius dicit in epist. ad Episcopum (cujus initium: *Ego arbitrabor, à meo.*) *Natura Deus manens Verbum est impassibile.* Sed impassibile non potest pati. Passio ergo Christi non pertinebat ad ejus Divinitatem.

Respondendo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. 11. art. 2. & 3.) unio humanæ naturæ, & divinæ facta est in persona, & hypostasi, & supposito, manente tamen distinctione naturarum, ut scilicet sit eadem persona, & hypostasis divinæ, & humanæ naturæ, salva tamen utriusque naturæ proprietate. Et ideo, sicut supra dictum est (quæst. xvi. art. 5.) supposito divinæ naturæ attribuenda est passio, non ratione divinæ naturæ, quæ est impassibilis, sed ratione humanæ naturæ. Unde in epistola synodali (quæ habetur in Conc. Ephes. gener. III. part. 1. cap. xxvii. ad fin.) Cyrillus dicit: *Si quis non constituit Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne; anathema sit.* Pertinet ergo passio Christi ad suppositum divinæ naturæ ratione naturæ passibilis assumptæ, non autem ratione divinæ naturæ impassibilis.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus gloriæ dicitur crucifixus: non secundum quod est Dominus gloriæ, sed secundum quod erat homo passibilis.

Ad secundum dicendum, quod, sicut dicitur in quodam sermone Ephesini Concilii (qui est Theodori Anycr. & hab. in eo Conc. part. 111. cap. x.) *mors Christi, tamquam facta mors Dei*, scilicet per unionem in persona,

destruxit mortem: quoniam Deus, & homo erat qui patiebatur: non enim natura Dei lesa est, sed humana, neque mutatione sua suscepit passionem.

Ad tertium dicendum, quod, sicut subditur ibidem, *non purum hominem crucifixum videtur, sed Deo intulerunt passionem.* Pont enim Principem loqui per verbum, & hoc formari per litteras in charta aliqua, & dirigi civitatibus, & aliquis inobediens chartam disumpat, ad mortis sententiam deducitur, non tamquam chartam disumpens, sed tamquam verbum imperiale disumpens. Non ergo securus sit Judæis, tamquam purum hominem crucifigens, quod enim videbat, quasi charta erat; quod autem in ea celebratur, imperiale Verbum erat, natum ex natura, non prolatum per linguam.

QUÆSTIO XLVII.

De causa efficiente passionis Christi,

in sex articulis divisa.

DEinde considerandum est de causa efficiente passionis Christi: & circa hoc quaruntur sex.

Primo, utrum Christus fuerit ab aliis occisus, vel à seipso.

Secundo, ex quo motivo seipsum passioni tradiderit.

Tertio, utrum Pater tradiderit eum ad patendum.

Quarto, utrum fuerit conveniens ut per manus Gentium pateretur, vel potius à Judæis.

Quinto, utrum occisores ejus eum cognoverint.

Sexto, de peccato eorum qui Christum occiderunt.

ARTICULUS I. 258

Utrum Christus fuerit ab aliis occisus, an à seipso.

Inf. quæst. I. art. 1. ad 2. & quæst. LI. art. 3. corp. & opusc. 11. cap. CCCXXXVII. & CCCXXXVIII.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit ab aliis occisus, sed à seipso. Dicit enim ipse Joan. x. 18. *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam.* Ille autem dicitur aliquem occidere qui animam ejus tollit. Non est ergo Christus ab aliis occisus, sed à seipso.

2. Præterea. Illi qui ab aliis occiduntur, paulatim debilitata natura desunt; & maxime hoc apparet in crucifixis: ut enim dicit Augustinus in IV. de Trinit. (cap. x111. à princ.)

princ.) longa morte cruciabatur ligno suspens. In Christo autem non hoc accidit: nam clamans voce magna emisit spiritum, ut dicitur Matth. xxvii. 50. Non ergo Christus est ab aliis occisus, sed à seipso.

3. Præterea. Illi qui ab aliis occiduntur, per violentiam moriuntur; & ita non voluntarie; quia violentum opponitur voluntario. Sed Augustinus dicit in IV. de Trinit. (loc. cit.) quod *spiritus Christi non deseruit carnem vincens, sed quia voluit, quando voluit, & quomodo voluit.* Non ergo Christus est ab aliis occisus, sed à seipso.

Sed contra est quod dicitur Luc. xviii. 33. *Postquam flagellaverint, occident eum.*

Respondendo dicendum, quod aliquid potest esse causa alicujus effectus dupliciter. Uno modo directe ad illud agendo: & hoc modo persecutores Christi eum occiderunt, quia sufficientem causam mortis ei intulerunt, cum intentione occidendi ipsum, & effectum subsequente, quia scilicet ex illa causa est mors subsequuta. Alio modo dicitur aliquid causa alicujus indirecte, scilicet quia non impedit, cum impedire possit; sicut si deatrum aliquis alium perfundere, quia non clausit fenestram, per quam imber ingreditur: & hoc modo ipse Christus fuit causa suæ passionis, & mortis. Poterat enim suam passionem, & mortem impedire, primo quidem adversarios reprimendo, ut eum aut non vellent, aut non posset interficere; secundo quia spiritus ejus habebat potestatem conservandi naturam carnis suæ, ne à quocumque læsivo insidito opprimeretur: quod quidem habuit anima Christi, quia erat Verbo Dei conjuncta in unitate personæ, ut Augustinus dicit in IV. de Trinit. (cap. x111.) Quia ergo anima Christi non repulit à proprio corpore nocumentum illarum, sed voluit quod natura corporalis illi nocumento succumberet, dicitur suam animam posuisse, vel voluntarie mortuus esse.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur: *Nemo tollit animam meam à me*, intelligitur, *me invito*: quod enim aliquis ab invito auferit, qui resistere non potest, illud proprie dicitur tolli. Ad secundum dicendum, quod ut Christus ostenderet quod passio illata per violentiam ejus animam non eripiebat, naturam corporalem in sua fortitudine conservavit, ut etiam in extremis positus voce magna clamaret: quod inter alia miracula mortis ejus computatur. Unde dicitur Marc. xv. 39. *Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quis sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo Filius Dei erat.* Fuit etiam mirabile in Christi morte quod velociter mortuus fuit aliis qui simili passione affliciebantur. Unde dicitur Joan. xi. x. 33. quod eorum qui cum Christo

crucifixi erant, fregerunt crura; ut cito morerentur; ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura: & Marc. xv. 44. dicitur, quod Pilatus mirabatur; si jam obiisset. Sicut enim ejus voluntate natura corporalis conservata est in suo vigore usque ad extremum; sic etiam quando voluit, subito cecidit nocumento illato.

Ad tertium dicendum, quod Christus simul & violentiam passus est, ut moreretur, & tamen voluntarie mortuus fuit: quia violentia corpori ejus illata est, quæ tamen tantum corpori ejus prævaluit, quantum ipse voluit.

ARTICULUS II. 259

Utrum Christus fuerit ex obedientia mortuus,

Inf. quæst. XLVIII. art. 2. & 3. cor. & IV. cont. cap. LV. ad 13. & 16. & opusc. 11. cap. CCCXXIV. & Rom. v. lect. 2. fin. & lect. 5. fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit ex obedientia mortuus. Obedientia enim respicit præceptum. Sed non legitur, Christo fuisse præceptum quod ipse pateretur. Non ergo ex obedientia passus fuit.

2. Præterea. Illud dicitur aliquis ex obedientia facere quod facit ex necessitate præcepti. Christus autem non ex necessitate, sed voluntarie passus fuit. Non ergo passus est ex obedientia.

3. Præterea. Caritas est excellentior virtus quam obedientia. Sed Christus legitur ex caritate passus, secundum illud Ephes. v. 2. *Ambrulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Ergo passio Christi magis debet attribui caritati quam obedientie.

Sed contra est quod dicitur Philip. 11. 8. *Factus est obediens Patri usque ad mortem.*

Respondendo dicendum, quod convenientissimum fuit quod Christus ex obedientia pateretur. Primo quidem quia hoc conveniebat justificationi humanæ, ut scire per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obedientiam justis constituantur multi, ut dicitur Rom. v. 19. Secundo hoc conveniens fuit reconciliationi Dei ad homines: unde dicitur Rom. v. 10. *Reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus*, in quantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo, secundum illud Ephes. v. 2. *Tradidit seipsum pro nobis, oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Obedientia vero omnibus sacrificiis antefertur,

¶ 2. ¶ 2. ¶ 2.

secundum illud I. Reg. xv. 22. *Milior est obedientia quam victima.* Et ideo conveniens fuit ut sacrificium passionis, & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertio hoc conveniens fuit ejus victoriæ, qua de morte, & auctore mortis triumphavit: non enim milles vincere potest nisi duci obediat. Et ita homo Christus victoriam obtinuit per hoc quod Deo fuit obediens, secundum illud Proverb. xxi. 28. *Vir obediens loquitur victoriam.*

Ad primum ergo dicendum, quod Christus mandatum accepit à Patre, ut pateretur. Dicitur enim Joan. x. 18. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam; & hoc mandatum accepit à Patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam.* Ex quo, ut Chrysostomus dicit (hom. lxx. in Joan. inter princ. & med.) non est intelligendum, quod prius expectaverit, audire & opus ei fuerit discere; sed voluntarium monstravit processum, & contrarietatis ad Patrem suspensionem destruxit. Quia tamen in morte Christi lex vetas consummata est secundum illud quod ipse moriens dixit Joan. xix. 30. *Consummatum est,* potest intelligi quod patiendum omnia veteris legis præcepta implevit. Moralia quidem, que in præceptis caritatis fundantur, implevit, in quantum passus est, & ex dilectione Patris (secundum illud Joan. xv. 31. *Ut cognoscat mundus quia diligit Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio;* surgie eamus hinc, scilicet ad locum passionis) & etiam ex dilectione proximi, secundum illud Gal. ii. 20. *Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Ceremonialia vero præcepta legis, que ad sacrificia, & oblationes præcipue ordinantur, implevit Christus sua passione, in quantum omnia antiqua sacrificia figurata fuerunt illius veri sacrificii, quod Christus obtulit moriendo pro nobis. Unde dicitur Coloss. ii. 16. *Nemo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomentis, que sunt umbra futurorum, corpus autem Christi,* eo scilicet quod Christus comparatur ad illa sicut corpus ad umbram. Præcepta vero judicialia legis, que præcipue ordinantur ad satisfaciendum injuriam passis, implevit Christus sua passione: quoniam, ut in Psalm. lxxviii. dicitur, *que non rapuit, exalavit* permittens se ligno affigi pro pomio, quod de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

Ad secundum dicendum, quod obedientia est importet necessitatem respectu ejus quod præcipitur, tamen importat voluntatem respectu implicationis præcepti. Et talis fuit obedientia Christi. Nam ipsa passio, & mors, secundum hoc considerata, naturalis voluntati repugnabat; volebat tamen Christus Dei voluntatem circa hoc implere, secundum illud

Psalm. xxxix. 9. *Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Unde dicitur Matth. xxvi. 42. *Si non potest transire à me calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*

Ad tertium dicendum, quod eadem ratione Christus passus est ex caritate, & obedientia: quia & præcepta caritatis ex obedientia implevit, & obediens fuit ex dilectione ad Patrem præcipientem.

ARTICULUS III. 260

Utrum Deus Pater tradiderit Christum passioni.

III. dist. xx. art. 5. quæst. 1. & quod. 1. art. 3. fin. & Matth. xxvi.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Deus Pater non tradiderit Christum passioni. In quantum enim, & crudele videtur esse quod innocens passioni, & morti tradatur. Sed, sicut dicitur Deuter. xxxii. 4. *Deus fidelis, & absque ulla iniquitate.* Ergo Christum innocentem non tradidit passioni, & morti.

2. Præterea. Non videtur quod aliquis à seipso, & ab alio morti tradatur. Sed Christus tradidit semetipsum pro nobis, secundum quod dicitur Ista. l. i. 11. 12. *Tradidit in mortem animam suam.* Non ergo videtur quod Deus Pater eum tradiderit.

3. Præterea. Judas vituperatur ex eo quod tradidit Christum Judæis, secundum illud Joan. vi. 71. *Enus ex vobis diabolus est: quod dicebat propter Judam, qui eum erat traditurus.* Similiter etiam vituperantur Judæi, qui eum tradiderunt Pilato, secundum quod ipse dicit Joan. xviii. 35. *Genus tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.* Pilatus etiam tradidit ipsum, ut crucifigeretur, ut habetur Joan. xix. 16. Non est autem participatio iustitiam cum iniquitate, ut dicitur II. ad Corinth. vi. 14. Ergo videtur quod Deus Pater non tradiderit Christum passioni.

Sed contra est quod dicitur Rom. viii. 32. *Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) Christus passus est voluntarie ex obedientia Patris. Unde secundum tria Deus Pater tradidit Christum passioni. Uno quidem modo secundum quod sua æterna voluntate præordinavit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud quod dicitur Ista. l. i. 6. *Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum:* & iterum: *Dominus voluit contere eum in iniquitate.* Secundo in quantum inspiravit ei voluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei caritatem: unde ibidem sequitur: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Tertio non protegendum eum à passio-

ne, sed exponendo persequentibus: unde & legitur Matth. xxviii. 46. quod pendens in cruce Christus dicebat: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, ut Augustinus dicit de gratia novi Testam. (epist. cxi. al. cxx. cap. vi. & x. implic.)

Ad primum ergo dicendum, quod innocentem hominem passioni, & morti tradere contra ejus voluntatem, est impium, & crudele. Sic autem Deus Pater Christum non tradidit, sed inspirando ei voluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur & Dei severitas, qui peccatum sine pena dimittere noluit: quod signat Apostolus dicens (Rom. viii. 32.) *Proprio Filio suo non pepercit:* & bonitas ejus in eo quod cum homo sufficienter satisfacere non posset per aliquam penam, quam pateretur, ei satisfactorem dedit; quod signavit Apostolus dicens: *Pro nobis omnibus tradidit illum:* & Rom. i. 11. 25. dicit: *Quem, scilicet Christum, proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.*

Ad secundum dicendum, quod Christus, secundum quod Deus, tradidit semetipsum in mortem eadem voluntate, & actione qua & Pater tradidit eum; sed in quantum homo, tradidit seipsum voluntate à Patre inspirata. Unde non est contrarietas in hoc quod Pater tradidit Christum, & ipse tradidit semetipsum.

Ad tertium dicendum, quod eadem actio diversimode judicatur in bono, vel in malo, secundum quod ex diversa radice procedit. Pater enim tradidit Christum, & ipse semetipsum ex caritate: & ideo laudantur. Judas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Judæi autem ex invidia, Pilatus ex timore mundano, quod timuit Cæsarem: & ideo ipsi vituperantur.

ARTICULUS IV. 261

Utrum fuerit conveniens, Christum pati à Gentilibus.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum pati à Gentilibus. Quia enim per mortem Christi homines erant à peccato liberandi, conveniens videbatur ut paucissimi in morte ejus peccarent. Peccaverunt autem in morte ejus Judæi, ex quorum persona dicitur Matth. xxv. 38. *Hic est heres: venite occidamus eum.* Ergo videtur conveniens fuisse quod in peccato occisionis Christi Gentiles non implicerentur.

2. Præterea. Veritas debet respondere figuræ. Sed figurata sacrificia veteris legis non Gentiles, sed Judæi offerrebant. Ergo neque passio Christi, que fuit verum sacrificium, impleri debuit per manus Gentilium.

3. Præterea. Sicut dicitur Joan. v. Judæi quærebant Christum interficere, non solum quia volebat sabbatum, sed quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se Deo faciens. Sed hoc videbatur esse solum contra legem Judaorum: unde & ipsi dicunt Joan. xix. 7. *Secundam legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Videtur ergo conveniens fuisse quod Christus non à Gentilibus, sed à Judæis pateretur, & falsum esse quod dixerunt, *Nobis non licet interficere quemquam,* cum multa peccata secundum legem morte puniuntur, ut patet Levit. xx.

Sed contra est quod ipse Dominus dicit Matth. xx. 19. *Tradent eum Gentibus ad ludendum, & flagellandum, & crucifigendum.*

Respondeo dicendum, quod in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primo enim passio Christi effectum salutis habuit in Judæis, quorum primi in morte Christi baptizati sunt ut patet Act. ii. & i. r. Secundo vero, Judæis prædicantibus, effectus passionis Christi transiit ad Gentes. Et ideo conveniens fuit ut Christus à Judæis pati inciperet, & postea Judæis tradentibus, per manus Gentilium ejus passio finiretur.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus ad ostendam abundantiam caritatis sue, ex qua patiebatur, in cruce positus, veniam pro peccatoribus postulavit. Et ideo, ut hujus petitionis fructus ad Judæos, & Gentiles perveniret, voluit Christus ab utriusque pati.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi fuit sacrificii oblatio, in quantum Christus propria voluntate mortem sustinuit ex caritate; in quantum autem à peccatoribus est passus, non fuit sacrificium, sed peccatum gravissimum.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit (tract. cxiv. in Joan. cit. med.) Judæi dicentes, *Nobis non licet interficere quemquam,* intellexerunt non sibi licere interficere quemquam propter festi diei sanctitatem, quam celebrare jam coeperant.

Vel hoc dicebant, ut Chrysostomus dicit (hom. lxxxii. in Joan. à med.), quia volebant eum occidi, non tamquam transgressorem legis, sed tamquam publicum hostem, quia se Regem fecerat, de quo non erat eorum iudicare. Vel quia non licebat eis crucifigere (quod cupiebant) sed lapidare, quod in Stephano fecerunt.

Vel melius dicendum est, quod per Romanos, quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

